

BN Lat. 3343, s. 8v, f. 36^r

Modus et habitus quiritum nostri temporis circa
annos (?) annos domini M.^oCCC.^o LV^{to}

Simon de Cuino fecit

Ascalaphi facies Thera cervix. humerique
Atlantis pennis capricorni barba ferina
Ypomenis pectus. ecube canis illa stricta
Cor Phoeles. et Ciceropidis pro te ultima tegi
Antigones crura. prope Dedalionis acutos
Iunge pedes. Ista describunt membra quiritum
Quorundam. qui nunc nostros dominantur in evo
Nec puto tam variam vates pinxisse figuram
Ut miranda canunt sed non credenda poete
Ascalaphus bubo thereus fuit uppupa Cicerops
Simia. Dedalion fuit ancipiter. Capricornus
Pandens. Antigone fuit ybis. crede leonem
Ypomenem. Ceterum phoeles. atlanta giganteam
Troia refert ecubam speciem mutasse caninam
Uppupa pandit eos mutato vertice plumis
buboque per regimen circa sua tempora strictum
Hirci barba fuit. Diplois bombace repletus
Atlantis fingit humeros pectusque leonis
Corda tamen leporis vel canis constat eorum
Simia videt eos nudato posteriore
Et stricta veste strictam leporarius alium
pungit et ad lumbos succincta cicoria longa
per sua crura viros truncatos veste figurat
Ancipitroque pedes rostratus calceus addit
Nec puto tam variam vates pinxisse cimeram